



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joan. Henrici Meibomii De Cervisiis potibusque &  
ebriaminibus extra vinum aliis Commentarivs**

**Meibom, Johann Heinrich**

**Helmestadii, 1668**

Serenissimi Principi, Friderico Vlrico, Duci Brunsuicensium ac  
Lyneburgensium, Cervisia Gardelegiensis S. P. D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10160**

seriis , impetrasse creditus fuit. Vox autem CLEPIT in carmine , alludit ad nomen cervisia Helmestadiensis , quæ tenuior est.

SERENISSIMO PRINCIPI,  
FRIDERICO VLRICO,  
Duci Brunsvicensium ac Lynebur-  
gensium,  
CERVISIA GARDELEGIENSIS

S. P. D.

**I**lla ego Garlebia soboles spectabilis urbis ,  
A dulci nomen cui genitrice datum est :  
Hei mihi ! nunc viridi discedere cogor ab Elmo  
Exul , & antiquos deseruisse lares .  
Principis offensi iubet hoc sententia , quamvis  
Me sceleris posse dicere nemo ream .  
Plus sat is affligor , dum coctor prodigus unde  
Subtrahit immodice debita farra mihi .  
Accedit violens auriga , mala alite mutans  
Viles fontis aquas in geniale merum .  
Tristior exili tantis infamia damnis  
Additur , & vulgi fabula siq; nocens .  
Parce precor miserae , Princeps generose , nec audi  
Illos , invidiam qui mihi forte parant .  
Non sum ignota tibi ; memini me sape rigasse  
Labra tua , & grato rore levasse sitim .  
Adde , quod est tellus isthac mihi patria , cunas  
Quæ dedit uxori & grata alimenta tuæ .  
Hac si defuerint , poterint tamen esse , favorem  
Quæ mihi non dubium conciliare queant .  
Me pariter laudant docti indocti q; , nec nullus  
Gratior illorum prolnit ora liquor .

S

Si

Si Bacchum terris negat inclemensia cali,  
Esse loco vini testibus hisce queo.  
Excitat in Venerem tardos eruca maritus,  
Ut medicus pleno prædicat ore chorus:  
Est e de virtus in me quoq: potaq: large  
Efficio fortes, prolificosq: mares.  
Hanc mihi matronæ laudem dant iure, negantq:  
Se zytho aut posse aut velle carere meo.  
Exule me sobolis tota proventus in urbe  
Postmodum erit multo, quam fuit ante, minor.  
Sentiet id Superum clamosus in æde minister,  
Infantes sacro rarius amne levans.  
Quid facitis, dicet, cives? ego pignora vestra  
Frusta aveo sacri tingere fontis aqua.  
Semiviro video & incundo in munere segnes,  
Qualis plebs olim Northusiana fuit.  
Sit procul, ô Superi, labes tam tristis ab Elmo,  
Nec sterilis dici mæreat iste locus.  
Non gravat hæc illos infamia, qui mea large  
Poculi nativo plena calore bibunt.  
Noxius est tenuis labens in viscera potus.  
Corporis is vires, robur & omne CLEPIT.  
Hinc olidi ruetus, & flaccescentia membra:  
Turgidus hinc hydrops, & luis omne genua.  
Consule vernanti, Princeps antimoze, iuventa:  
Nec patere ut tantis corrut illa malis.  
Cedere me hinc iussa multos discedere cernes:  
Tantus amor nostri, gratia tanta mihi.  
Exule me vates frigentia carmina pangent.  
Nequaquam damni res erit ista levis.  
Plura loqui vellem: digitæ mævore vacillant,  
Hei mihi! si frustrata inimica querar!

Ordo

Ordo sacer Procerum , tibi qui deservit in aula  
Guelfide , menavit non nisi vera loqui.  
Vt Gosam laudent & pocula Cerwestana ,  
Non tamen elogio deteriore feror.  
In bonitate tua spes una atque unica nobis :  
Illam hodie prestes , Dux generose , mibi.  
Hinc tibi surget honos , hinc crescat adorea vivax :  
Quam nulla ut ldat sors malefida , Vale.

Sed de potibus hæc frumentaceis , aliisq[ue] extra vinum in  
usum venientibus , dixisse sufficiat.

F I N I S.

